

**Adami Tanneri E Societate Iesv, S. Theologiæ D. Et In
Academia Ingolstad. Professoris, Theologiæ Scholasticæ
Tomus ...**

Cum triplici Indice

De Fide, Spe, Charitate, Ivstitia, Religione, caeterisq[ue] virtutibus [et]
vitijs: ac varijs hominum statibus. Secvndae Secvundae S. Thomae
Aqvinatis Respondens

Tanner, Adam

Ingolstadii, 1627

Serenissimo Ac Potentissimo Principi, Ac Domino Domino Leopoldo,
Archidvci Avstriæ, Dvci Bvrgvndiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Et
Wirtenbergæ, Comiti Habspvrgi, Tyrolis, Et Goritiæ, Landgravio ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72877](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72877)

SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO DOMINO
LEOPOLDO,
ARCHIDVCI AVSTRIÆ,
DVCI BVRGVNDIÆ, STYRIÆ,
CARINTHIÆ, CARNIOLÆ, ET
WIRTENBERGÆ,
COMITI HABSPVRGI, TYROLIS, ET GORITIÆ.
LANDGRAVIO ALSATIÆ, &c.

CUI hunc de Fide, Justitia, Religione, cæterisque annexis Virtutibus, Scholasticæ Theologiæ Tomum, SERENISSIME PRINCEPS, aut maiori offerre iure deberem, aut promptiore deuotione vellem, præter SERENITATEM VESTRAM, inueni neminem. Ea fidei religionisque in Augustissima Domo AVSTRIACA vniuersâ puritas, & splendor, cum ingenti zelo coniunctus, toto terrarum orbe emicat, vt quod ipsa sibi quondam sui splendoris ac sublimitatis, in RVDOLPHO, primo eiusdem familiæ Cæsare, fundamentum

(a) 3 præ-

præstruxit, singularem scilicet fidem ac religio-
nem in Magnum illud & Diuinissimum FIDEI
MYSTERIVM, id non solùm hactenus in seipsa in-
concußum tueatur, sed etiam magnis incremen-
tis, in subditos sibi populos ac gentes, quantum-
uis vndique magna vi obſſtentibus ac obnitent-
ibus inferi portis, summâ constantiâ fortunatis-
fime propaget; ac ſicubi forſan collapſum eſt, de-
nuò erigat ac reſtituat.

Et vero eſt, cur in hoc genere, inclitæ A V-
S T R I A C Æ D O M V I ſpeciatim iure meritissimo
obſtrictam ſeſe proſiteatur T Y R O L I S, cum ad-
iunctis Prouincijs S E R E N I T A T I S V E S T R A E
Imperio ſubditis. Iam enim ex propinquo in-
cendio, ab Orco, Lutheri follibus excitato, grauis
nidor ipsam etiam Tyrolim afflauerat: iam prope
ipsam Tyrolis Metropolim, & Archiducalem Residentiam O E N I P O N T V M, pa-
triam meam, ſcintillæ exitialis incendij in pu-
blicum conſpectum ſeſe dederant: iam alijs qui-
busdam prouincijs, Catholicorum alioqui &
Optimorum Principum imperio ſubiectis, per-
tinax flamma, perruptis repagulis, in grande
incendium eruperat: cum ecce insuperabili
fortitudine ac constantia, Serenissimus Archi-
dux F E R D I N A N D V S, felicissimæ memoriæ

Prin-

D E D I C A T O R I A.

Princeps, Patruus & Antecessor SERENITATIS VESTRÆ, sese pro tuenda domo Domini, veraque & auitâ Maiorum fide & religione defendenda, impenetrabilem MVRVM opposuit; suaque authoritate, cura, & industria periculum ita auertit, vt & Tyrolim, & cæteras ditiones ac prouincias suas omnes ab eo sectarum vndique grassantium incendio felicissime seruaret.

Quo factum pariter est, vt Gymnasium Collegiumque Societati nostræ, iam antea à piissimo & Augustissimo Cæsare FERDINANDO, inclitæ memoriæ AVO SERENITATIS VESTRÆ, in eadem vrbe Oenipontana liberalissime erectum ac fundatum, propagando, vna cum bonis literis, pietatis studio, maiores tam in Iuuentute, quam reliquo populo, lætioresque fructus faceret; & non mihi solum, sed & innumeris alijs, iam inde à prima pueritia eius institutione formati, magno ad optabilem totius reliquæ vitæ decursum commodo emolumentoque esset.

Quod si vera FIDES & in DEVM RELIGIO, totius pietatis ac felicitatis Christianæ fundamentum est, sine qua placere DEO, ac saluus esse nemo potest; quâ qui carent, iam à Deo iudicati, æternisq; supplicijs addicti sunt: quid nō Principi suo debent fideles subditi, omnesque eorum

E P I S T O L A

posteri; qui eidem ipsam etiam veram fidem & religionem in acceptis referre debent? qui si aut alium in sua patria habuissent Principem, aut aliam quamquam nocti fuissent patriam, eodem infidelitatis caliginoso incendio, pari cum popularibus conditione, aeternum fortasse involuti perirent.

Equidem SERENISSIME PRINCEPS, hoc beneficium, secundum Deum, a Patria, Patriæque Rectoribus potissimum acceptum, tanti aestimo, ut vel ob hanc maxime causam, iuxta Aristotelis doctrinam, censem, nec parentibus, nec patriæ eiusue Rectoribus pro acceptis beneficijs aequali gratiam reddi unquam posse.

Cuius mei sensus, apud SERENITATEM VESTRAM, eiusdem nunc patrij soli Dominum ac Moderatorem, hoc ipsum de Virtutibus Opus, exstare volui publicum monumentum: ut quia tantis beneficijs paria facere non possum; scripsisse tamen; & ad posteritatis memoriam, meam ipsius obligationem, perpetuus debitor futurus, quasi publicis tabulis consignasse vide ri possem.

Accedunt propria & peculiaria SERENITATIS VESTRAE, non in meam solum personam

(quam

DEDICATORIA.

(quam & Ingolstadij, & Viennæ, præter omne
meritum singularibus gratiæ suæ fauoribus sæ-
pius prosecuta est.) sed tum in Societatem no-
stram vniuersam, tum præcipue in hanc Supe-
rioris Germaniæ Prouinciam, præclarissima
ARCHIDV CALIS benevolentiæ & beneficen-
tiæ documenta; quæ tum promouendis ac per-
ficiendis, tum dotandis ornandisque pluribus
Collegijs, ac in ijs etiam hoc Ingolstadiensi
Collegio liberalissime edidit, & nos scribendo
quidem inumbrare, sed opere exæquare nun-
quam possumus.

Facit nimirum hoc in SERENITATE VE-
STRA, præter ingenitam Austriacæ benignita-
tis indolem, & Sanguinis, & Virtutum cum
AVGVSTISSIMO FERDINANDO Cæsare
Fratre similitudo; vt cuius MAESTATI qui-
dem SERENITAS VESTRA libens cedit,
quantum tamen ad singularem benevolentiæ,
beneficentiæque affectum erga Societatem no-
stram, suppar non immerito videatur; dignus
tanto CÆSARE FRATER, pluriumque Augu-
stissimorum Cæsarum, Regumque Maximo-
rum dignissimus NEPOS, PATR VELIS ac
PATR VVS. Cuius inclitæ gratiæ & fauori nos
etiam deinceps submississime commendamus,

DEVM

EPISTOLA DEDICATORIA

DEVM OPT. MAX. supplicibus votis
enixe rogantes, vt SERENITATEM VESTRAM,
vna cum SERENISSIMA CONIVGE, Tyroli,
cæterisque subditis suis, tum etiam Societati
nostræ, & vniuersæ Ecclesiæ, in multos annos
quam diutissime saluam & incolumem seruet.
Ingolstadij, ipso festo die Purificationis San-
ctissimæ & Immaculatæ Deiparæ Virginis. An-
no M. DC. XXVII.

SERENITATIS VESTRÆ

Humillimus seruus

ADAMVS TANNER.



FACVL-